

Urkunde Nr. 360 bis 369

Objektyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **68 (1913)**

PDF erstellt am: **20.09.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

et pullos et ova. Debitor pro censu et cultura R. Kloter. Fidejussores Burch. Winman et h. Witwiler. (16. Jänner.)

* Item in Rikenbach de bono, quod colit dicta Zuberra IV sol. den. (6. Mai.)

Item in Niderwile de bono, quod colit Johannes Zimmermann XIV quartalia spelte, ii modios avene i pullum et i porcum de V sol. et pullos et ova. Item in Niderwile de bono, quod colit Richi filia C. dicti Lindegger V modios spelte, XVIII quartalia avene et i porcum de V sol. pullos et ova. Debitor h. maritus ejus. (30. April, 16. Heu., 16. Jänner, 27. Mai.)

* Item in Niderwile vnum pratum reddens iii quartalia tritici, quod colit Ar. Vesant. (26. April.)

* Item in villa Nidern Rinach de duabus scoposis, quas colit C. im hove (* Vol. filius ejus) VI modios tritici et pullos et ova. (24. Wint.)

* Item ibidem V sol., qui dantur prebendario Sancti Nicolai, qui pro tempore erit.

* Item in Nidernrinach bonum reddens ii modios spelte, quod colit Volricus dictus Vend. 26. April.

Rotes Jahrzeitbuch. Die Daten in Klammer beziehen sich auf das im Geschichtsfrd. Bd. V, 83—157 abgedruckte Jahrzeitbuch von Bero-Münster. B.

Nr. 360.

c. 1323.

Urbar der Pfründen.

Nachfolgender Rodel, der 21 Chorherrenpfründen, sowie die Pfründen des Scholasticus und der Stiftsofficialen aufführt, gibt für jede derselben ihr Einkommen an Schweinen und Schafen an, zählt dabei eine Reihe von Inhabern dieser Pfründen auf und gibt die Namen der Gutsbesitzer. Schrift und Alter sind die gleichen wie beim liber cellarii des Stiftes. Beide ergänzen einander. Die Namen der später zugefügten Pfründen-Inhaber sind mit * bezeichnet. Bei einigen ist leider der erste Besitzer ausgewischt. —

Hec est divisio porcorum et castratorum.

A. Tegerveld. * Johannes de Schina. Heinricus Bürrer.

Prebende A debetur huoba in Guntzwil, quam colunt B. et H. dicti Holderer et Katherina de Erlösen, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Huic prebende additur de curia in Hegglingen j castratus et de huoba in Stepheningen, vnus porcus valens V sol. et in Melsinkon de bono, quod colit Jo. filius Volrici vnus porcellus et vnus angnus. Et de bono in Phephinkon quod colit H. dictus Yring quarta pars vnus porci huobalis. Et de bono in Schongou, quod colit R. hinder der kilchun, quarta vnus angni.

B * Gerungus de Seconis, Johannes Huntpisse. H. de Randek. Bertholdus Billi.

Prebende B debetur huoba in Guntzwil, quam colunt Jo. et Waltherus dicti Brenner et Jo. dictus Himmelrich et Volricus dictus Vogli, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta. Huic prebende adduntur de curia in Heglingen ii castrati. Et de curia in Armense duo porci vterque ad ii $\frac{1}{2}$ sol. Et de bono in Melsiakon, quod colit Adilheidis de Sempach vnus porcellus et vnus angnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie A.

C. Jacobus de Rinach, nunc prepositus. * Nunc Rudolfus prepositus habet. Nunc Waltherus de Hallwil. Johannes Hewen, Sculteti de Arow. Petrus Johannes Biegger.

Prebende C debetur huoba in huobon, quod colunt liberi Volrici de Schönowe, reddens preter census prepositure duos porcos huobales. Huic prebende debetur vrechta de cellario dominorum. Adduntur etiam huic prebende duo castrati de bono in Hochdorf, que possidet H. de Hunwil. Et de bono in Phephinkon, quod colit Anna Lütoldi vnus porcus ad VI sol. Et de bono in Langenouwo, quod colit Katherina villici, vnus porcellus et vnus angnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie A.

D. * Dominus de Liebegg. Waltherus de Klingen. Wernherus de Schenkon. —

Prebende D debetur huoba in Adelswil, quam colunt H. Burgender et . . . Relicta Diepoldi, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Huic prebende additur vnus castratus de bono in Hochdorf, quod colit Wernherus de Iberg. Et de curia in Küttingen vnus porcus ad VI sol. cum vno den. Et de bono in Langenouwe, quod colit Jo. filius Jo. de Melsinkon vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie A.

E. Hartmann de Ruoda. * Johannes Lüpprecht. Thuringus de Arburg. Dapifer de Diessenhofen. (Letzter Name durchstrichen.)

Prebende E debetur huoba in Walde, quam colunt H. de Walde et Anna Relicta R. Juden et . . . Relicta Volrici, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Huic prebende additur de scoposa in Hochdorf, quam colit Seillina vnus castratus. Et de curia in Armense vnus porcus ad V sol. Et de bono in Melsinkon, quod colit H. de Ottenstein vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon, quod colit Lüpi Gravo, quarta vnus porci huobalis. Et de bono in Schongow, quod colit Volricus Sutor, quarta vnus angni.

F. Volricus de Seberg. Magister Lütoldus de Irflinkon. Dominus Petrus de Grünenberg. (de Grünenberg ist durchstrichen, dafür beigefügt:) Liebinger.

Prebende F debetur media huoba in Tannon, quam colit Volricus ibidem, reddens preter census cellarii vnum porcum huobalem cum vrechta. Huic prebende additur vnus porcus huobalis, qui dicitur Steglisbarg cum vrechta de huoba in Nüdorf dicta Wernheri im hove. Et dominus istius huobe cum domino illius debet locare dictam huobam in Nüdorf pro tertia parte. Huic prebende adduntur duo castrati de bono in Vrswil, quod colit Walther preco. Et de huoba in Küttingen, quam colunt Jo. de Wenslingen et H. Hesso vnus porcus ad VI sol. cum i den. Et de bono in Melsinkon, quod colit P. de Ottenstein vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie E.

G. De Rore. * Johannes Ebernant. Sculteti. Burkhardus de Stouffen, Erhardus Zeller.

Prebende G debetur huoba in Blasenberg, quam colunt . . . dicta Waltmannin et Katherina de Erlosun, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Huic prebende additur vnus castratus de bono in Vrswil, quam colit Ar. preco. Et de curia in Hochdorf vnus porcus ad VI sol. Et de bono in Melsinkon, quod colunt Katherina et Volricus dicti Rachelers vnus porcellus et vnus angnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie E.

H. Decanus in Nünkilch. Volricus Burgower. Berchtoldus de Reinhartzwil.

Prebende H. debetur huoba in Nüdorf dicta Wernheri im hove, quam colunt . . . filius Wernheri im hove et P. dictus Heiden et Welti im Niderndorf, reddens preter census cellarii tres porcos huobales cum vrechta, et duos castratos. Vnus predictorum porcorum dicitur Steglisbarg et debetur prebende F cum porco de Tannon. Et dominus Huobe de Tannon debet locare hanc huobam pro tertia parte et recipere tertiam partem honorarii. Huic prebende additur vnus porcus ad V sol. de bono in Esche, quod colit Katherina de Ybenmoos. Et de bono in Melsinkon, quod colit Jo. zem Stege, vnus porcellus et vnus angnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie E.

J. Pincerna et cocus.

Prebende J debetur huoba in Nüdorf dicta Ar. in Niderndorf, quam colunt Walther in Niderndorf et Elsa de Dyetinkon et Arnoldus filius Ar. in Niderndorf, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Hanc huobam debet locare cellarius et honorarium sit capituli. Huic prebende additur vnus castratus de bono in Vrswil, quod colit C. dictus Negilli. Et in Küttingen de huoba dicta in A, quam colit R. de Hochdorf, vnus porcus ad VI sol. cum i den. Et de bono in Langenouwe, quod colit Hemma ze Obrost, vnum porcellum et vnum angnum. Et de bono in Phephinkon, quod colit Jo. Fruenbeis quarta vnus porci hūbalis

et de bono in Schongou, quod colit Volricus Sutor, quarta vnus angni.

K. * Dominus de Schönenberg. Junior Witzig. Dominus Conradus Schappel.

Prebende K debetur huoba in Hiltisrieden, quam colunt . . . filius Christani et N. faber et Vethcha in der huobe, et Jo. in der huobe, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Huic prebende additur vnus castratus de huoba in Nüdorf, que dicitur semiplena. Et de curia in Phephinkon duo porci, uterque ad ii¹/₂ sol. Et de bono in Langenouwe, quod colit Ita in der Gassun vnus porcellus et vnus angnus et de bono in Phephinkon etc. wie J.

L. Scholasticus.

Prebende L debetur Eppenuoba in Armense quam colunt Burchardus Gutjar et R. Strebli, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum VI mod. vrechthe et vnum castratum. Huic prebende datur vnus modius vrechthe de cellario Dominorum. Hanc huobam debet locare cellerarius. Et Capitulum recipit honorarium. Huic prebende additur vnus castratus de scoposa in Vrswil dicta Kiselings. Et de curia in Hegglingen vnus porcus ad V sol. Et de bono in Melsinkon, quod colit Jo. Mitloste vnus porcellus et vnus angnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie I.

M. * Berchtoldus Renner. Johannes Witzig. R. de Hallwil.

Prebende M debetur Kaltsmides huoba in Armense, quam colunt H. Burchartz et R. de Esche et Hertschinus, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum tribus modiis vrechthe et j castratum. Huic prebende datur vnum maltrum vrechthe de cellerario dominorum. Additur et huic prebende vnus porcus ad VI sol. de bono in Phephinkon, quod colit C. Grencher. Et vnus castratus de scoposa in Vrswil dicta Elyun. Et de bono in Langenouwe, quod colit Adilheid filia Hemme Huoberrun, vnus porcellus et de bono in Schongou, quod colit P. Kindler vnus angnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie I.

N. * Johannes de Ravensburg. Jo. Muchting. Dapifer de Diessenhoven.

Prebende N. debetur Binnigshuoba in Armense, quam colunt N. dictus Fuos et Elsa Relicta Waltheri Hechtes et H. meister Peters, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Huic prebende additur vnus castratus de Turbenhuoba in Armense et de curia in Phephinkon duo porci uterque ad ii $\frac{1}{2}$ sol. Et de bono in Melsinkon, quod colit Volricus de Ottenstein vnus porcellus et vnus angnus. Et de bono in Phephinkon, quod colit Volricus Lengger, quarta vnus porci huobalis. Et de bono in Schongou, quod colit Volricus de Sins quartam vnus angni.

O. Petrus de Dyetinkon. * Wernherus de Rinach. Henricus Hori. Hermannus Phungo.

Prebende O debetur huoba zer lindun in Armense, quam colunt R. dictus Job et H. Dyeminun, reddens preter census cellarii duos porcos huobales, cum VII modiis vrechte et vnum castratum. Huic prebende additur vnus modius vrechte de cellario Dominorum. Additur etiam huic prebende vnus castratus in Richenthal, quam colit Wernherus de Melsinkon. Et de curia in Küttingen duo porci ad ii $\frac{1}{2}$ sol. Et de bono in Langenouwe, quod colit Berchta Huoberra, vnus porcellus. Et de bono in Schongou, quod colit H. Heftleist, vnus angnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie N.

P. Jacobus Sartor. * Nicolaus Trütler. Jo. de Emptz. Ymer Hori. Leonardus de Stubey. Johannes Vischer de Sursee. Willielinus de Gundeldingen.

Prebende P debetur huoba in Armense, dicta de Stepheningen, quam colunt Volricus Endevelde, Volricus de Swartzenbach, Jo. Dyeminun . . . dictus Schürgo et Volricus im hove de Wolfhartswile, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum tribus modiis vrechte et vnum castratum. Huic prebende datur vnum maltrum vrechte de cellario dominorum. Additur etiam huic prebende vnus castratus de bono in Lin-egge, quam colit Wernherus am Stalden. Et de huoba in Stepheningen vnus porcus ad V sol. Et de bono in Melsin-

kon, quod colit Jo. filius Volrici vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie N.

Q. Jo. de Baldegge. * Conradus de Mundrachingen. Johannes Trüllerey de Arow.

Prebende Q debetur huoba In Schongou, quam colunt Burchardus Huober, Volricus Sutor, Hemma Heftleistina et N. Hennbrunner, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta et vnum castratum. Huic prebende additur vnus castratus de bono in Wigertal, quod colit Metzzi zer Buochen, uxor Wernheri abe Linegge. Et de curia in Armense duo porci, vterque ad ii $\frac{1}{2}$ sol. Et de bono in Langenouwe, quod colit Anna Wollenslegrina vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie N.

R. Volricus de Ruoda. * Henricus Vnger, Petrus de Melsach. Rudolfus Bitterkrut.

Prebende R. debetur huoba in Mentzzinkon, quam colunt Waltherus Huober, Volricus Smaltzli et Hemma dicta Blattera, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum vrechta. Huic prebende adduntur duo castrati de duabus scoposis in Hochdorf, quas colit P. dictus Wirt. Et de huoba in Küttingen, quam colunt Wernherus de Wenslingen et Katherina dicta Wissina vnus porcus ad VI sol. cum i den. Et de bono in Langenouwe, quod colit Hedewigis Retschinun vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon, quod colunt C. dictus Schero et Volricus Lengger quarta vnus porci huobalis. Et de bono in Schongou, quod colit Volricus de Sins, quarta vnus angni.

S. Dyetricus Sartor. * Volricus Phungo. Biegger. Conradus Kürsener.

Prebende S debetur huoba in Phephinkon, quam colunt C. dictus Gutjahr et H. villicus, reddens preter census cellarii duos porcos huobales. Huic prebende dantur VII modii vrechtede cellerario dominorum. Adduntur etiam huic prebende duo castrati de duobus scoposis in Richental, quarum vnam colit C. filius Heilwigis ab Linegge. Alteram colit H. filius Ja. ab Linegge. Adduntur etiam huic prebende de curia in Armense

duo porci, uterque ad ii $\frac{1}{2}$ sol. Et de bono in Melsiakon, quod colit Jo. Mitloste vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie R.

T. H. de Hünaberg. * Walter Mundrachingen. R. Segenser.

Prebende T debetur huoba in Phephinkon, quam colunt . . . dicta Müsrandina et . . . dicta Gigerra et Walther im Garten, reddens preter census cellarii duos porcos huobales. Huic prebende dantur VII modii vrechte de cellario dominorum. Adduntur etiam huic prebende duo castrati de duabus scoposis in Hochdorf, quas colit . . . Rasor. Et de huoba in Küttingen, quam colunt H. am Büle et H. zer Müli, vnus porcus ad VI sol. cum j den. Et de bono in Melsinkon, quod colit Volricus filius P. de Ottenstein vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon etc. wie R.

V. Jo. de Baldewil. * Johannes de Buel. Jacobus Hori. H. de Tengen. Jo. de Liebegge.

Prebende V debetur huoba in Melsinkon, quam colunt Jo de Reiden, Heilwigis molitrix, Mechthildis dicta Maltzin et H. am Spilhove, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum XIV quartalibus vrechte et duos castratos. Huic prebende dantur XIV quartalia vrechte de cellario Dominorum. Additur etiam huic prebende de curia in Armensee vnus porcus ad V sol. Et de bono in Langenouwe, quod colit Katherina villici vnus porcellus et vnus agnus. Et de bono in Phephinkon etc, wie R.

X. H. dapifer de Diessenhouen. * Eberhardus de Strasse. Frydricus de Mülinen. Hermanus dapiferi.

Prebende X debentur due scopose in Richental, quas colunt Vol. et H. dicti an dem Büle, reddentes preter census cellarii vnum porcum huobalem, qui dicitur Bülbarg, cum IX quartalibus vrechte et vnum castratum. Debentur etiam dicte prebende bona im Obernwile, que colit Jo. villicus, reddentia vnum porcum huobalem, qui dicitur Martibarg. Huic prebende adduntur de cellario Dominorum XV iiij quartalia vrechte. Et de scoposa in Richental, quam colunt Burchardus et C. fratres

de Rentzlingen, vnus castratus et de curia in Phephinkon duo porci, vterque ad ii $\frac{1}{2}$ sol. Et de bono in Langenouwe, quod colit H. filius Ite de Reiden, vnus porcellus et vnus angnus. Item de molendino in Schongou quarta vnus porci valentis VIII sol. Et de bono in Schongou, quod colit R. Kindler quarta vnus angni.

Y. Pistores dominorum.

Prebende Y debetur huoba in Richental dicta im boungarten, quam colunt Volricus filius Burchardi et Volricus im boungarten, reddens preter census cellarii vnum porcum huobalem cum XIV quartalibus vrechte et vnum castratum. Debetur etiam huic prebende huoba in Linegge, quam colunt H. de Rentzlingen et Agnesa uxor ejus, reddens preter census cellarii vnum porcum huobalem et vnum castratum. Huic prebende adduntur XIV quartalia vrechte de cellario dominorum. Predictas huobas debet locare cellarius et capitulum recipit honorarium. Huic prebende additur etiam de curia in Hochdorf vnus porcus ad VI sol. Et de bono in Melsinkon, quod colunt Katherina et Volricus dicti Rathelius vnus porcellus et vnus angnus. Et de Molendino etc. wie X.

Z. Jo. de Bütticon, prepositus Zovingensis. Magister Heinricus de Sursee. Volricus dapifer de Rinfelden.

Prebende Z debetur superior huoba in Richental dicta in der huobe, quam colunt C. dictus Kurtzenbül et C. in der huobe, reddens preter census cellarii vnum porcum huobalem cum XIV quartalibus vrechte et vnum castratum. Huic prebende additur de molendino in Melsinkon, vnus porcus huobalis qui dicitur Mülibarg. Adduntur etiam huic prebende XIV quartalia vrechte de cellario dominorum et de curia in Küttingen vnus castratus et de bono in Swartzenbach, quod colit sacrista, vnus porcus ad V sol. et de bono in Langenouwe quod colit Hemma in der Rota, vnus porcellus et vnus angnus. Et de molendino in Schongou etc. wie X.

Ω * Swederus. Johannes ministri de Berno. Dominus Weidhoven, canonicus ecclesie Beronensis. Rudolfus de Hewen prepositus.

Prebende Ω debetur inferior huoba in Richental, dicta in der huobe, quam colunt P. in der huobe et Volricus, filius C. in der huobe et Berchta filia Burchardi, reddens preter census cellarii duos porcos huobales cum XIV quartalibus vrechte et vnum castratum. Huic prebende adduntur de cellario dominorum XIV quartalia vrechte. Et de huoba in Küttingen, quam colunt Jo. villici et Jo. de Aspe vnus porcus ad VI solidos cum uno denario. Et de bono in Langenouwe, quam colit H. filius Ite de Reiden vnus porcellus et vnus angnus. Es de molendino in Schongou quarta vnus porci valentis VIII sol. Et de bono in Schongou, quod colit R. Kindler, quarta vnus angni.

Am Schluße der Census Custodie enthält das rote Buch noch folgendes:

Ista sunt bona, que dominus Jacobus de Rinach, Prepositus ecclesie Beronensis vendidit de suo patrimonio et justo venditoris titulo dedit et tradidit prepositure Beronensi producentis libris denariorum vsualis monete. Quos ipse pro possessionibus in Unterwalden venditis in nomine prepositure recepit et in suos nomine prepositure proprios usus convertit. In Rikenbach bonum cum molendino, quod colit filius quondam Wernheri mollitoris reddens VI modios spelte, VI modios avene, duos porcos, vtrumque de VII solidis et ii sol. den. Item ibidem in der Gÿphun vna scoposa quam colit P. de Hergensberg, reddens iii modios spelte, tres modios avene, et vnum porcum de VII solidis. Item ibidem vna scoposa quam colit Hemma de Kulembe, reddens XIII quartalia spelte, iii modios avene, et vnum porcum de VII solidis. Item ibidem im Obernhove bonum, quod colit Ar. dictus Hüscher reddens vnum modium spelte, ii modios avene et medium porcum de iiii solidis. Item in der Erlosun prope Mulwile bonum cum molendino, quod colunt Ar. et R. ibidem, reddens vnum maltrum spelte, vnum maltrum avene et vnum porcum et singula bona prescripta reddunt pullos et ova. Item in villa Nidern-Rinach super bono, quod colit filius quondam C. ministri iii

quartalia tritici, vnum modium avene et VI solidos den., que de cellario Capituli ministrari debent prepositure, quia residuus census et locatio ejusdem boni pertinet ad cellarium.

Liber crinitus, pag. 47—50 u. R. Jahrzeitbuch. B.

Nr. 361.

1323. Juni 18.

Propst Jakob von Rinach trifft Bestimmungen für die Erhaltung der neu erbauten St. Galluskapelle.

Nos Jacobus de Rinach prepositus Ecclesie Beronensis, Constantiensis dyocesis. Notum facimus vniuersis presentium inspectoribus, quod cum quondam pie recordationis dominus Volricus de Landen | berg prepositus Ecclesie Beronensis noster confanguineus et predecessor in ipsa prepositura Capellam Sancti Galli et sancti Fridolini Confessorum sumptibus suis et expensis | conftruxerit et edificauerit vna cum adiutorio seu expensis factis circa ipsam Capellam domini Gerungi de Sekingen tunc Capellani quondam ipsius . . . prepositi nunc vero | et tunc Canonici Ecclesie Beronensis ac iidem fundatores quondam . . . prepositus et Gerungus altaria fundata in ipsa Capella suis redditibus detauerint, videlicet | altare constructum in choro in honore predictorum confessorum et altare inferius constructum in honore sanctorum vndecim milium virginum deputatis vtrique altari | certis redditibus de vnamini consensu nostri Capituli Beronensis, Ita quod vtrique ipsorum sacerdotum prouideatur, sicut et aliis nostris prebendariis consuetum est | disfruti, tam in vino quam in aliis distribuendis, comparuit coram nobis dictus dominus Gerungus noster concanonicus supplicans humiliter et deuote, ut | pure propter deum et ob remedium anime quondam domini . . . prepositi et ipsius domini Gerungi, si dicta Capella in posterum aliquem pateretur defectum tam in libris | calicibus vestimentis seu ornamentis ad ipsam Capellam seu ad altaria pertinentibus, tecto, muro vel aliis quibuscunque necessariis ipsis capelle seu altaribus | auctoritate nostra prouideremus et ipsius defectum suppleri manderemus per sacerdotes, qui

pro tempore fuerint altarium eorundem. Nos et Jacobus predictus prepositus | nomine nostro et successorum nostrorum iustis ipsius domini Gerungi predicti petitionibus pium adhibere volentes consensum promittimus predicta omnia prout petita | sunt bona fide et efficaciter adimplere, specialiter ordinantes ut . . . Rector superioris altaris Capelle predictae edificium tecti murorum fenestrarum seu aliorum | necessariorum capelle eiusdem, inuocato auxilio prebendarii inferioris altaris, expensis iuxta qualitatem reddituum vtriusque proportionaliter faciendis reficiat et | refici diligenter procuret. Quod si negligentes fuerint, ambo vel alter ipsorum ipsos ammonicione quatuordecim dierum premissa compellamus per subtractionem reddituum | prebendarum suarum ad reformationem necessariam edifici capelle predictae. Volumus etiam, si dicti sacerdotes in posterum negligentes fuerint in diuinis officiis | exequendis, prout in literis super hoc confectis plenius continetur nos ipsos per subtractionem vini et aliarum distributionum choerere possimus, nisi rationalis causa | seu necessaria ipsos excuset. In euidenciam petitionis ordinationis et promissionis premissarum Sigillum nostre prepositure presentibus duximus appendendum. Datum Berone anno domini M^oCCC^oXXIII^o Sabatto proximo ante festum Santi Johannis Baptiste.

Das Siegel der Propstei hängt. Die Urkunde ist doppelt vorhanden.

Rückseite: Promissio Prepositi facta Gerungo de Seconis fundatori S. Galli, quod velit curare ut capella in debita structura et omni ornatu conservet et dicta capellanus etc. 1323.

Copie im Liber crinitus fol. 34; Liber capellanorum Nr. 41, fol. 59.

Uebersetzung bei Riedweg, Stift Münster 237—239.

B.

Nr. 362.

1323, 18. November, Sursee.

Ulrich Trutmann von Aarau verkauft an Junker Diethelm
Geschichtsf. Bd. LXIII. Urkunden Beromünster 6

von Wolhusen um 320 Pfd. Zofinger Pfenninge 4 Schuposen.
1 Hofstatt und die Vogtei in Uffikon.

Zeuge und Mitsiegler Herr Johann, Priester von Münster.
Gedruckt im Geschichtsfreund 49, 200—202.

Nr. 363.

1323, 16. December, Münster.

Erklärung des Propstes betreffend Verwendung des Weines
von Auggen.

Nos Jacobus de Rinach, prepositus Ecclesie Beronenfis, super vino nobis de Oughein annuatim | debito recognoscimus in hiis scriptis, quod de vino ibidem annis singulis nascituro prebenda | vicarii est ante omnia deducenda. De residuo autem, quod fuerit, nobis octa faume | vel minus, si non tantum residuum fuerit, exsoluantur: Et nos illo residuo quantumcunque | fuerit, debemus contentari. Et si nichil esset residuum, Canonici nostri Beronenses nequaquam | ad soluendum nobis vel emendum aliquid sunt cogendi. Propter hoc sigillum nostrum | presentibus appendentes. Datum Berone anno domini M^oCCCXXIII^o. XVII^o Kalendas Januarii.

Das Siegel ist abgefallen.

Nr. 364.

1324, 12. März, Münster.

Propst Jakob von Rinach bestätigt die Vergabung des Hauses im Kirchhofe an die St. Gallus Kapelle durch Propst Ulrich von Landenberg.

In nomine domini amen. Vniuersis presentes litteras inspecturis. Jacobus de Rinach, prepositus Ecclesie Beronenfis, noticiam | subscriptorum, tam memoriter quam subsistunt veraciter conferuare. Quoniam humane virtutis opus excellentissimum in | cultu diuino ratio et veritatis ostendunt doctrine, decet profecto ut et hii, qui amplius aliquid susceperunt | ex dei munere ad ampliandum cultus dei largius suum extendant affectum. Itaque cum honorandus dominus Vlricus de Landen-

berg | noſter confanguineuf et predeceſſor in prepoſitura prefata,
 de communi conſenſu Capituli Beronenſis, donarit et tradiderit
 | prout patet in inſtrumento littere ſuper hoc confecto, Capelle
 ſanctorum Galli et Fridolini confeſſorum ſite prope ambitum dicte
 Beronenſis | Eccleſie in augmentum dotis eiufdem Capelle aream
 cum domo, quam dominus Gerungus de Sekkingen, Canonicus
 Beronenſis, | eiufdem Capituli conſenſu in ipſa conſtruxit, ſitam
 inter muros Cimiterii ex oppoſito camere granarii noſtri, et |
 ortum ſitum prope Capellam prefatam, Noſ, utpote qui tenemur
 dicte Capelle eo, quod ad noſtram ſpectat | collationem, habundan-
 tiori gratia ſubuenire, prefatam donationem domus et orti factam
 altari ſeu Capelle predictorum | ſanctorum approbamus, ratifi-
 camus et tenore preſentium confirmamus. Volentes et tenore
 preſentium concedentes, ut Capellanus | altaris predicti, qui
 pro tempore fuerit, in area, domo aut orto predictis nullum
 a quouis patiatur grauamen, ſed poſſeſſione | ipſarum vtatur
 perpetuo pacifica et quieta. Et in euidentiam premiſſorum
 figillum noſtrum duximus preſentibus | appendendum. Actum
 et datum Berone in curia noſtra, anno domini M^oCCC^oXXIII,
 in feſto beati Gregorii pape.

Das Siegel hängt wohlerhalten.

Nr. 365.

1324, 28. März.

Verkauf eines an Münster zinspflichtigen Gutes in Magden
 durch Burkard Hase an Wernher Truchſeß von Rheinfelden.

Ich Haneman der Truchſetzze, ein ritter, Schultbeizze ze
 Rinuelden, tun kunt allen den, die diſen brief an | ſehent oder
 hören leſen, daz vor mich Burck(ard) Haſe, ein burger von
 Rinuelden, kam, do Ich ze gerichte | ſaz in der vorge. ſtat,
 vnd gab recht vnd redelich ze köffen für ſtetü zinſen
 Wernher dem | Truchſezen, minem bruder, vnd Entzelin dem
 Spifer dý güter dý hienach geſchrieben ſtant, von | erſt ander-
 halb Schüpûze, ligent ze Magtûn in dem Banne, die er hatte
 von den Herren von | Mýnſter, vnd inen ierglich der von gab

drie viernzal dinkeln, Ein halb viernzal habern, zwei herbest | Hünr vnd vogt Stýre vff die burch ze Rinuelden vnd mit namen zwei Manwerch Reben | ligent ze Magtvn vff dem wingarten dem man sprichet Hafen Reben vnd ein Manwerch lit nebent | an den selben Reben, das er von Wûlin hat, da von man ierglich git drie schilling pfenninge ze zinse | vnd allé dý recht, dý er hat an des Schribers Reben, die der selbe Schriber hat von Heinr. Peterz | vnd ime ierglich der von git drie schilling pfen. ze zinse, die da ligent obnan an — — Wûlif Reben, vnd | dý vorgen. gûter hat er verköffet für zinslehen, mit fro Annen finer elicher wirtinne gûten willen vnd | handen auch vierzig pfunt pfennig genger vnd geber Basler mýntze vnd veriach der selbe Burch., daz | er die von dem vorgen. minem bruder vnd von Enzelin dem Spiser empfangen hatte vnd in sinen nutz | vnd finer wirtinne gar vnd genzlich bekeret, vnd da von so veriach öch er, das er vnd sin erben des | vorgen. mines bruderz vnd Entzelif vnd ir erben der vorgen. gûter vnd des rechtef an Friderichf des | Schribers Reben, so er daran hat, reht wern síln sin, an allen stetten. da si werchaft von inen bedurffen | mit gûten trýwen one alle geuerde. Vnd won dif alles vor mir beschach mit vrteild, so han ich der | vorgen. Haneman der Truhseze, ein ritter, Schultheitze ze Rinuelden, min eigen Ingefigel ghenket an | difen brief ze einem offenne vrkunde alles des, so da vor geschriben stat. Hie bi waren vnd sint öch | gezúge Johans der Spiser, Jacob Kelhalde, Iohanf Walker, Wernher zem Hópte, Vlrich am Spilhofe | Rudolf der Amman vnd ander erber lýté, die des tages waren in gerichte vnd vrteilde sprachen. Dirre | brief wart gegeben, do man zalte von Gottes gebúrte dryzehen hvndert jar, dar noch in dem | vierden vnd zweinzigsten Jare an der nesten Mitwuchen nach Mitter vasten.

Das kleine Rundfiegel Hanemanns des Truchseßen von Rheinfeldern ist wohl erhalten.

Archiv Olsberg in Aarau.

Nr. 366.

1324, 29. September.

„Waltherus Kotman, Schulmeister zu Münster Kufter zu Lucern“ bereinigt das Urbar der Kuferei des Stiftes St. Leodegar in Luzern.

Stiftsarchiv Luzern. Geschichtsfreund XIX, p. 129—135. Im Siegel führt Walther 1331 das Bild des hl. Leodegar. Geschichtsfrd. XIX, Tafel I, fig. 6. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde V, I, 53—55.

Nr. 367.

1324, 27. Oktober. Münster.

Propst und Kapitel von Münster genehmigen einen Kauf zinspflichtiger Güter in Köllikon und Hentschikon durch das Kloster Königsfelden.

Universis presentium inspectoribus seu auditoribus Jacobus de Rynach prepositus, totumque capitulum Beronensis Ecclesie, Constantiensis diocesis, notitiam subscriptorum. Sciant omnes quorum interest vel intererit in futurum, quod bona infrascripta, sita in Kôlinkon et in Hentschikon nobis et ecclesie nostre pertinentia jure proprietatis, et que honesta domina Udelhildis de Burgastein, relicta quondam domini Rudolphi de Hallwile militis, a nobis jure Emphyteotico tenuit, sub censu annuo infra notato et ea nunc de manu et voluntate nostra vendidit Religiosis dominabus Abbatisse et conventui monasterii in Künigsfeld, ordinis sancte Clare dicte diocesis. Nos ad petitionem preclare domine nostre domine Agnetis regine Ungarie, dictis abbatisse et conventui sub censu subnotato, concessimus secundem consuetudinem Ecclesie nostre predicte, jure emphyteotico supra expresso, perpetuo possidenda, et concedimus per presentes. Sunt autem hec bona in Kôllikon quatuor scopose que hactenus cellerario nostro quatuor denarios soluerunt et deinceps sex persolvent. Item in He(n)tshikon due scopose cum aliis bonis, que simul octo frustra reddunt, que hactenus

dicto cellerario nostro duos denarios solverunt; deinceps sex exsolvent, et quidquid super hoc octo frustra ibi est de bonis dicte Udelheidis, hoc ecclesie Interlacensis, secundum alias nostras litteras eidem ecclesie datas per nos, sub jure pertinet antedicto, censibus predictis, apud colonos bonorum ipsorum annis singulis requirendis et per eos exsolvendis. Datum Berone, sub sigillis nostris prepositi et capituli. Anno Domini M^oCCCXX^oIV^o sexto Kalendarum Novembris.

W.

Copie: Engel, cod. diplom. bern.

Gedruckt: Argovia, V. 41.

Vergleiche hiezu die von Königin Agnes von Ungarn den 2. Februar 1330 gegebene Handfeste von Königsfelden, worin dieser Kauf kurz erwähnt wird, ohne Erwähnung der Rechte von Münster. M. Gerbert, Crypta S. Blasiana 1785, 146; Argovia V, 48.

Nr. 368.

1324, 27. October.

Propst, Custos und Capitel von Münster übertragen das Erblehen der von Udelhild von Hallwil verkauften Güter auf das Stift Interlachen.

Jacobus de Rinach, prepositus, Jacobus de Büttikon, Thesaurarius, et totum Capitulum Ecclesie Beronensis, vniuersis, ad quos | presentef peruenerint, salutem et notitiam subscrip-
torum. Nouerint omnes quorum interest aut intererit in
futurum, | quod bona et possessionef subscriptas, quas Udelhildif,
Relicta quondam domini Rüdolfi de Hallwil, Militif, | a nobif
et Ecclesia nostra, vel Custodia tenuit in emphiteosim quod
vulgo dicitur Erbe, sub censu | infra scripto et quas de manu
et voluntate nostra vendidit religiosif hominibus — — preposito
et capitulo | Ecclesie Interlacensis, ordinis sancti Augustini,
Laufanensis dyocesis, cum censu et iuris predictis, | Nos, ad
preces ipsorum contrahentium, dictis preposito et capitulo sueque
Ecclesie Interlacensi contulimus secundum | ius et consuetudinem

dicte nostre Ecclesie Beronenfis sub cenfu infra notato iure emphyteotico fupra expreffo | perpetuo poffidendas. Sunt autem hec bona: vna fcopofa fita in Muchheim, que hactenus vnum | denarium cellerario Beronenfi deinceps vero denarios duos foluet. Item in Greninkon due Scopofe, que hactenus | vnum, deinceps vero duos denarios Cellerario eidem perfoluent. Item in Hentfchikon bona que colit | Wernherus dictus Heffo et bona, que colit — — dictus Hüber, que pridem vnum, deinceps vero | Cellerario predicto denarios duos exoluent, de quibus bonis predicti — — dicti Hüber duo quartalia filiginis | — — abbatiffe in Windefch iure predicto debentur exolui. Item vna curia in Rôterfwile, que | foluit vnam libram cere Cufodi Ecclesie Beronenfis. Hoc exprefse condicto, quod census predicti requirantur | annuatim a colonis dictorum bonorum et per eos Cellerarie et Cufodie Beronenfi etiam perfoluantur — In horum euidentiam Nos — — prepofitus — — Thefaurarius et capitulum prefati figilla noftra prefentibus duximus | appendenda. Actum et datum Berone, anno domini M^oCCC^oXX^oIIII^o. In vigilia beatorum Symonis et Jude apoftolorum.

Die 3 Siegel hangen wohl erhalten. Original im Staatsarchiv Bern, Fach Interlachen.

Nr. 369.

1324, 31. Oktober.

Erklärung von Propst und Capitel Interlachen an die Kusterei Münster, betreffend Zinspflicht der von Udehild von Hallwil mit Zustimmung des Stiftes Münster verkauften Güter.

Nouerint omnes, quod nos Johannef. prepofitus et — — capitulum Ecclesie Interlacenfis prefentibus confitemur, Nos | ab honerandis viris — — prepofito — — Thefaurario et — — capitulo Ecclesie Beronenfis bona infrafcrupta, ipfis et Ecclesie | fue iure proprietatis pertinencia, et nobis vendita, de ipforum voluntate et manu per dominam Vdelhildim | de Halwil, ab ipfis nomine dicte Ecclesie Beronenfis et Cufodie recepiffe sub annuo cenfu, videlicet de Muchheim | duorum denariorum, de

Gremukon duorum denariorum, de Hentschinkon duorum denariorum, et de | Rötterfwile vnius libre cere ad custodiam secundum jus et consuetudinem ipsius Ecclesie Beronensis, hoc expresse | condicto, quod census predicti requirantur annuatim a colonis dictorum bonorum et per eos Cellerarie et Custodie Beronensi etiam persoluantur. Ad cuius obseruationem et dicti census solutionem Nos et dicta bona presentibus | obligamus. Datum sub sigillis nostris. In vigilia omnium sanctorum. Anno domini M^oCCC^o vicefimo quarto.

Das Siegel des Propstes ist zerbrochen, das Convent-siegel fehlt.

Nr. 370

1324, 8. Nov. Avignon.

Papst Johann XXII ernennt Albert Griessenberger, Wartner des Stiftes Münster, zum Pfarrer von Weidhofen.

vide

Fontes rer. Auftriacarum XXXV, 136—140, 1871. (Codex Diplom. Aufriaco-Frisingensis.)

Nr. 371.

1324, 5. Dezember.

Testament des Kaplans Heinrich von Sursee oder von Eye.

Nouerint vniuersi et singuli, quos nosse fuerit oportunum. Quod ego Henricus de Surse siue de Eye preben | darius altaris sacrarum vndecim millium virginum Beronensis ecclesie, ob anime mee salutem ac futuram | discordiam in quantum mee fragilitati, desuper concessum est precauendum volo et iterum de nouo ordino | quod me decedente seu de erumpnis huius seculi sublato, omnia mea bona fixa et mobilia ac etiam vtenfilia | quocunque nomine censeantur ordinentur (?) ac distribuuntur quemadmodum in testamentis meis novissime ordinaui | cum sanctissimi patris nostri spiritualis domini pape Curiam pro meis lavandis delictis proposui visitare, prout in | instrumentis super hoc confectis meo sigillo roboratis plenius con-